



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 6. Satisfit Dubiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

Resp. Non posse. Quoniam ad temporalem poenam, qualis est banni, quo periculum vitæ continetur nemo se obligari potest, cum non sit Dominus vitæ, & membrorum suorum. *l. liber homo ff. ad l. Aquil. & liberum corpus æstimationem non recipit. l. 1. §. sed cum liber. & l. fin ff. de iis qui deiecer. & c.* Quam doctrinam à Theologis hausisse videntur Jurisperiti. *s. Thom. 22. quest. 61. art. 1. Cajet. Soto, Victoria, Less. c. 4. Dub. 10.*

§. VI.

Satisfit Dubiis de Exilio.

DUB. 1. Exilii & banni poena nunquid affici Universitas potest?

Resp. Posse, quando communi consilio, & opera deliquit, omnibus nimirum, vel majori parte exorbitante. Quia tamen ut plurimum innocentes, & mixti sunt pueri per ætatem immunes, exilii poena in pecuniariam converti solet. ut pro rata sua reorū quilibet solvat. Quocirca *Tholos. l. 35. c. 1. num. 18.* Civitates, æt, populus, & collegium ex delicto obligari, & puniri possunt, ut in eos detur actio. *Vlp. l. Metus §. advertendum ff. de eo, quod metus causa.* Punienda etiam in crimine atroci universitas omnis, ut de crimine idololatriæ *c. 13. Deuteron. c. si audiens 23. quest. 5.* Necabis omnes, qui sunt in ea civitate. Neque obstat, quod Universitas excommunicari nequit. *c. Romana §. in Vniversitatem de excomm. in 6.* quoniam id singulari iure prohibetur propter periculum animarum, ne innoxii puniantur. Sumpta tamen pro singularibus personis omnibus collectivè excommunicari potest, etiam sine Papa. *V. Silvest. V. Ex-*

communicatio §. 1. n. 10. Zerolan & alios Summ. eod.

DUB. 2. An bannitus Actoris personam aliquando sustinere in iudicio possit?

Resp. Non posse, sed omninò excludi, quoniam omni iure civium privatus inter mortuos connumeratur. *l. is qui hinc ff. de publ. act. Bart. in l. Cum mulier num. 5. ff. solu. matr. Bald. in l. 1. num. 4. c. de hered. in ff. ordinat. Camer. part. 2. tt. 2. §. 2.* Neque hic distinctio facienda est inter bannitos propter delictum, & bannitos propter contumaciam, quia citata Ordinatio omnium bannitorum actiones obligationes, pacta, & gesta pro irritis habet. Quod etiam iuri cõmuni consonum est. *c. Felicis 5. de pœnis in 6.* Nullus ei debita reddere, nullus in iudicio respondere teneatur. At, *inquis*, inchoatam antea litem prosequi bannito licebit.

Resp. Quicquid de iure communi sit, secundum Ordinationes Camerales Imperii non licet. Omnes enim omninò actiones, & iura simpliciter negantur, tanquam civiliter mortuo, cuius ut vita, sic operatio nulla est. *Mynsing. Cent. 3. obs. 30. Nullus in quest. 59 num. 153.* qui tamen concedit patri bannito pro filio agere in iudicio posse *Cardinal. Tuschus Conclus. 13.* Quod si verum est, pietatis, & paternæ affectionis favore nititur.

DUB. 3. An vocatus ab alio in ius comparere ut reus, seque defendere possit? Non videtur posse, quia reus excipiendo fit actor. *l. in exceptionibus ff. de probat. l. 1. ff. de except. l. si quidem C. eod. tr.* Nihilominus

Resp. Citatum comparere posse ut reum: tum quia iudicium redditur invitum, *l. inter stipulantem §. si Stichum ff. de verb. oblig. Gloss. in c. 1. v. interrogatus de iudic.*

judic. tum quia defensio juris naturalis est, nemini deneganda. *Clem. Pastoralis. de sent. & re jud. l. Divus ff. de adoption. At qui bannitus quando citatur, ad necessariam defensionem venit. Neque hic bannito favor aliquis, aut beneficium tribuitur, sed æquitati potius, & iudicio, quod non expedit irritum reddi, & mancum propter absentiam illius, cujus interest. Adde quod excommunicato comparetur: cui defensio conceditur. *Cardin. Tusch. lo. cit. num. 13. Gaill. l. 2. de pace publ. c. 12. num. 18 Nullus in tract. de bannitis part. 1. q. 62.**

Dub. 4. An bannitus in testem adhiberi queat?

Resp. Bannitum ex delicto non admitti propter infamiam *Mascard Concl. 1376 Farinac. quest. 56. num. 328. Barb. in c. nomine de testib. At bannitus contumacia, cum non censeatur infamis, admitti ad testimonium dicendum potest, idque ex communi opinione DD. *Bald. in c. super eo 4. de testibus. Alexand. de Nevo Consil. 8. Alberic. in part. 4. statutor. q. 72. Dub. 1. inque eum finem concedi quotidie saluum conductum bannitis, ut ad testimonium ferendum accedere possint, *lul. Clarus affirmat §. fin. quest. 71 num. 6. non sunt tamen integri testes. Quod si alicubi infamia notantur ex lege municipali, statuto, vel consuetudine, non valet Juris communis indulgentia, sed à testimonio repellentur. Quod etiam continget, si contumax habeatur pro confesso, & convicto. Tunc enim potius ob crimen, quam contumaciam proscriptus censetur.***

Dub. 5. An possit testamentum condere bannitus?

Resp. *lul. Clarus l. 3. §. Testamentum q. 19.*

posse testari eum, qui bannitus est simpliciter, hoc est, non addita mortis pena, idque non modò secundum Jus commune, sed etiam statuta particularia civitatis, à qua bannitus est, nisi expressè aliter cautum sit: imò quamvis bona ipsius confiscata essent, si quid post confiscationem acquisierit, de eo liberè testari posse. *Ita ille. Pro cujus opinione multos alios DD. allegat Cardinal. Tuschus Conclus. 12. Nobis autem alia via incedendum est. Nam si recipimus ea, quæ superius indicata sunt, banniti imperiales, cum Reipubl. hostes censeantur, omni Civium Romanorum jure privati ad testamenti confectioem non admittuntur, & illorum omnis dispositio, & ordinatio pro nulla, & irrita habetur, quia mortuorum ipstar velle & nolle non habent. *l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. l. 1. §. quidam ff. de bonor. possess. Anton. peregrinus l. 3. de jurib. Fisci pag. 186. Tholosan. l. 42. c. 8. num. 10.**

Dub. 6. An saltem capere aliquid ex testamento queat?

Resp. Si bannitus est ab Imperatore simpliciter, & hostis declaratus, non potest ex testamento, vel alia donatione quicquam accipere. Si autem à civitate aliqua bannitus, & ejectus est, secundum ipsius mores, & statuta judicandum erit. *lul. Clarus*, de Italia sua, & Mediolanensi civitate potissimè loquens ita distinguit. Si bannitus virtute statuti suæ civitatis non potest impunè offendi, capax est omnium successioem, quæ illi deferuntur, tam ex beneficio juris municipalis, quam ex dispositione Juris communis: si autem potest impunè offendi, non poterit succedere in hereditate sibi delata

h h

ex

Ex beneficio statutotum illius civitatis, erit tamen capax jurium, & successio- num, quæ illi deferuntur de jure commu- ni. Et hanc opinionem Bartol. dicit esse communem. *Alex. l. 1. n. 4. C. de hered. Instit. item Consil. 26. n. 2. & alii apud Clarum l. 3. §. Testamentum q. 20. n. 1.*

Dub. 7. An delictum banniti noceat agnatis in feudo? Certi juris est, Vasallo proscripto reverti feudum ad Domini- um suum. Sed cogita in banno suo defunctum esse Vasallum, nunquid à successione feudi agnati omnes exclu- duntur?

Resp. Ad institutionem feudi, & inve- stituræ conditiones respiciendæ sunt, indeque sumenda decisio. Feuda enim & Contractus ex conventionem legem acci- piunt: præterea, an defunctus contra do- minum feudi peccaverit. Si formula in- feudationis non resistit, nec læsus feudi Dominus est, agnatis manet successio, neque ut aliena culpa, aut fortuna gra- ventur, conveniens est. *c. non debet de Reg. jur. in 6.* Si autem iniquè cum Domino egerit bannitus, auctori suo culpa obe- rit, nec illius odio quisquam innocens jus suum in successione amittet. *V. Gaill. l. 2. de pace publ. c. 13.*

Dub. 8. Quis modus à banno liberan- di, & absolvendi? Solvi poss. bannum, & libertati restitui eos, qui damnati sunt, supra diximus: nunc de modo agitur, circa quem notentur sequentia.

Primo, cum unicuique licitum sit, san- guinem suum quomodocumque redime- re. *l. ff. de bonis eor qui an sen sibi mor. con- sci. & l. transgere C. de transact. de crimine factæ pacis, ante & post judicium transi- gi potest.* Imò per sententiam declara-

toriam bannito ob contumaciam vel deli- ctum, si velit, transactio permittitur, si damna refundere paratus sit, & cum procuratore Fisci ob publicam vindi- ctam in gratia redeat.

Secundo, etiam invito adversario ban- nitus liberari, & absolvi potest, si à Judice petat, & læsæ parti plene satisfaciatur. Et- enim damnorum compensatione, & so- lutione expensarum contumacia purga- tur. *c. ex literis de constitut. c. ex parte 1. de verb. signif.*

Tertio, si actor nolit exhibere desig- nationem damnorum, & expensarum, non propterea impeditur, aut retardabi- tur absolutio: sed Cameræ Judex imperabit reo, ut cum procuratore Fisci transigat, & offenso de damnis, atque ex- pensis cavere velit, eo quæ præstito im- pertiri absolutionem poterit.

Quarto, Ad bannum delicti quod atti- net, si illud ex atrocioribus fuerit, non se- pronum, & facitem ad liberandum Ju- dex ostendet, sed Imperatoris arbitrio remittet supplicanti. In aliis, quæ mi- nus atrocis, & perniciosæ Reipubl. sunt, pro qualitate facti, circumstantia per- sonarum, & adjunctorum absolutionis beneficium impertiat qui alias ejusmodi- licentiam habet. *Mynsing Cent. 5. obs. 11.*

Quinto, Bannitus personaliter com- parere debet, & absolutionem banni publicè accipere, ut qui publicè pacem violavit, publicè absolutionem conse- quatur. Convenit enim, ut quæ peccata manifesta sunt, non occulta, sed mani- festa correctione purgentur. *c. 1. de penis. & remiss. c. quod de his c. de cetero c. Tu nos. de sent. excommun.* Formam absolutionis invenies apud Andr. Gaill. l. 2. de pace publica

publica c. 18. num. 24. Treutler. Vol. 1. Disput. 4. num. 9. Vebner. in Verb. Acht, Bannu Schyvanman. l. 1. processuum c. 72.

§. VII.

De Infamia.

I Sifama est illæ dignitatis status, legibus ac moribus comprobatus, ut communiter DD. sensus fert. l. cognitionem ff. de var. & extraord. cognit. bene describitur Infamia, læsa dignitatis qualitas vita & moribus reprobata. Brevius dices Famæ privationem esse. Nomine dignitatis Azor l. 2. num. 12. intelligi vult non honorem publicum, seu æstimationem multorum ut aliàs solet, sed potentiam cuilibet homini à natura tributam, quatenus homo est. Homo enim dignior est omni creatura, cum ei omnia serviant. Sed nihil causæ est, cur à communi & recepto DD. sensu recedamus. Differt ab Ignominia, quod hæc imponitur ab eo, qui potest animadversione notare; cum infamia stet nexa in vulgi pectore, ut Varro loquitur Læsius c. 11. D. 1. Azor part. 11. l. 13 c. 6. §. quinto notandum. Silvest. Rodericq. IV. tit. 2. c. 13. Boecr. Disp. 2. Tho. 9. Treutler. Vol. 1. Disp. 8. num. 4. Em. Sa. V. Infamia num. 1.

II. Infamia duplex est Juris, & facti. Infamia juris sola auctoritate legis, vel Canonis nominatim infligitur. Unde ex famosis actionibus condemnatus justam nominis maculam contrahit. Infamia facti ex ipsa rei indignitate secundum censuram bonorum virorum est. l. 3 ff. de obsequiis à liberis, & libertis &c. Licet enim, inquit Paulus, verbis edicti non ha-

beantur infames ita condemnati, re tamen ipsa, & hominum opinione non effugiunt infamiæ notam. Non sufficit autem quorumlibet hominum opinio ad infamiam facti, sed illa quæ à viris probis, ac fide dignis, non ab inimicis, malevolis, infamibus, aut despectis ortum habet, l. Decurionum C. de pren. c. Cum in juventute de purgat. Can. De infamia facti vetus dictum est. Turpitude vitæ, infamia ejus est: & quædam flagitia ex natura sua dedecus habent. Azor 11. l. 6. c. 7. qu. 3. §. sciendum etiam Armilla V. Infamia. Porro hæc Infamia ut legalis censeatur, à jure habeat annexam maculam vel statuentem, vel approbante oportet. V. Gibalinum de irregular. pag. 373.

III. Juris infamia ex delictorum varietate duplex est. Nam primò oritur ex delicto proprio, cui leges infamiam addiderunt, vel per se, vel mediante iudicis sententia. Atrocior infamiam adferunt per se, ut lenocinium, usura, læsæ, majestatis crimen, & similia. In aliis regulariter iudicis sententia requiritur, sive publica, sive privata sint. Nam sola judicialis probatio, aut confessio criminis non habentis ipso jure infamiam annexam, neminem infamem reddit. Si tamen ex causa processus omittatur, & sententia, reus autem crimen confessus, aut in eo deprehensus sustigatione, aut simili poena castigetur, infamiam simul auferet. Iul. Clarus l. 5. quæst. 72. Comit. l. 6. quæst. 57. Tholos l. 31. c. 29. Secundò infamia oritur etiam ex alieno delicto, puta parentum, qui criminis læsæ majestatis rei sunt. l. quisquis. §. filiis C. ad l. lul. majest. Similis infamia Jure Canonico

h. h. 2 ia